Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



protestetur et dicat. Et nunc quid temptatis dm imponere iugum sup cerui
cem discipulorum qd neq; patres nri. neq; nos potuimus portare. sed pgram dni ihu credi
mus saluari quem admodum et illi. Ve uobis qui edificatis monumenta prophetarum.
patres aut uri occiderunt illos. Non monumenta prophetarum ornare sed interfecto
res prophetarum imitari sceleris est. Iudi g prophetarum monumenta edificando patrum
suorum facta qui hos occiderunt arguebant. sed paterna facinora emulando dum
xpm aplos q; illius insecuntur in se ipsos sententiam retorquebant eadem uideli
cet ipsi que in parentibus dampnabant agentes. Profecto testificamini qd consen
titis opibus patrum uestrorum. quo quidem ipsi eos occiderunt. uos aut edificatis eorum
sepulchra. Simulabant quidem se obfauorem uulgi captandum patrum suorum horrere p
fidiam memorias prophetarum qui ab eis occisi sunt magnifice ornando. sed ipso ope
testificantur quantum paterne nequitie consentiunt dnm qui ab eis de prophetis est pro
nuntiatus iniurus agendo ubi se pariter et filios homicidarum et ad sue damp
nationis augmentum scientes peccare declarant. Unde recte subiungitur.
Propter ea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et aplos. et ex illis occident
et persequentur. Sapientiam dei. se ipsum dicit. Ipse est enim dei uirtus. et dei sapientia.
sicut apls docet. Deniq; in matheo ita habens. Ido ecce ego mitto ad uos prophetas
et sapientes et scribas. Si aut eadem sapientia dei prophetas que aplos misit. cessent
heretici xpo ex uirgine principium dare. omittant aliud legis et prophetarum. aliud
noui testamenti dm predicare. quam uis sepe etiam et aplica scriptura prophetas non eos
solum qui futuram xpi incarnationem sed et eos qui uentura celestis regni gaudia
predicent appellat. Prophete inquit duo aut tres dicant et ceteri diiudicent. sed neq quam
hos crediderint aplis in catalogi ordine preferendos. Ut inquiratur sanguis
omnium prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista.
Queritur quomodo sanguis omnium prophetarum atq; iustorum ab una iudeorum generatio
ne requiratur cum et multi sctorum siue ante incarnationem seu post mortem resur
rectionemq; saluatoris ab aliis sint nationibus interempti. et ipse dns iudeis
licet ad clamantibus a romano tamen preside romanis q; sit militibus crucifixus.
Sed moris est scripturarum duas sepe generationes hominum bonorum scilicet malorum
q; computare. hoc est eorum qui non ex sanguinibus neq; ex uoluntate carnis neq; ex
uoluntate uiri sed ex deo nati sunt. et eorum quibus dr. Vos ex patre diabolo estis. et
alibi. serpentes generatio uiperarum. A sanguine abel iusti usq; ad sanguinem
zacharie qui periit inter altare et edem. Quare a sanguine abel qui primus marty
rium passus est mirum non est. sed quare usq; ad sanguinem zacharie querendum est
cum et multi post eum usq; ad natiuitatem xpi. et ipso mox nato innocentes
in bethleem pueri sint ab hac generatione perempti. nisi forte quia abel pastor
ouium zacharias sacerdos fuit. et hic in campo. ille in atrio templi necatus
est utriusq; gradus martyres et laici scilicet et altaris officio mancipati sub eorum